Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26001
Copyright: Admont, Benediktinerstift

remus. & peregrinari nos in hoc mundo ualde
cognoscamus. In quo etiam si quedam commoda blan
diuntur. non amplectenda sunt nequiter. sed despici
enda sunt fortiter. Ideo dilectissimi fratres. si ascendentem
uidistis in celum. hoc in spe nostra interim robo
remus. in hoc uotis omnibus estuemus. hoc
meditemur interius. quod computemur in celis. Nec
exituri carnis mortalitate. nec exua
mur animi uetustate. Facile enim corpus le
uabitur in alta celorum. si non premit spiritum sar
cina peccatorum. Quapropter dilectissimi erigamur
ad deum qui puluerem nostre abiectionis corpus
fecit glorie sue. & ut ascensionis eius mere
amur esse consortes. humilitati & pacien
tie ipsius per omnia congruamus. Magni nomi
nis miliciam. magne professionis susce
pimus disciplinam. Sectatores Christi discedere
a regia non licet uia. nec dignum est tempo
ralibus occupari. ad eterna tendentes. Fratres
quia precioso sanguine Christi redempti sumus.
glorificemus & portemus dominum in corpore
nostro. ut ad ea que fidelibus sunt premia preparata
peruenire mereamur.

Dominica post ascensionem domini. Lectio epistole Petri apostoli. K. iiii.
Estote prudentes. & uigilate in ora
tionibus. Et reliqua. Omelia Heimonis.

Apostolica nos uerba fratres karissimi
considerare oportet que in presenti audi
uimus lectione beatum petrum nos ad
monentem atque dicentem. Estote itaque
prudentes. & uigilate in orationibus.
complentes opere ea que sunt in euangelio scripta.

Ante omnia autem mutuam in uobis metipsis ca
ritatem continuam habentes. Hec enim maior esse
omnibus uirtutibus creditur. quia karitas operit mul
titudinem peccatorum. suam uidelicet & illius qui per
suam doctrinam ad meliorem conuertit uitam.
Hospitales inuicem sine murmuratione.
Murmuratio enim noxia est bonis operibus. Unusquisque
sicut accepit gratiam in alterutrum illam ad
ministrantes sicut boni dispensatores
multiformis gratie dei. dantes propter deum propria
diligenter indigentibus. Si quis loquitur quasi ser
mones dei. id est ut non negligenter quis predicat
preceptum dei. ideo reputet non sibimetipsi. sed quasi
sermones dei loquatur. ut non humano sensu
ea studeat intelligere secundum carnalem
scilicet sapientiam. sed secundum quod spiritus sanctus dic
tauit. eo modo spiritaliter ea intelligere studeat.
operibus adimplere. Si quis ministrat tamquam
ex uirtute quam administrat deus. ut omnia
dei dona diuine reputet gratie nichilque
suis quasi meritis audeat deputare. quia bonum
quicquid est in homine. ex deo tantum operatione non
ex humana sapientia uel uirtute. Humili
tatem impendere debemus proximis bonum quod
habemus. quia scimus non ex nobis esse que sunt bona. sed ex
deo tantum peruenire gratia. Ut in omnibus hono
rificetur deus. per Ihesum Christum dominum nostrum. Ex om
nibus bonis que humane tribuit largitati. ipsi
semper ab omnibus laus & gratiarum actio referatur.
ut exinde uitam eternam in ea laude gratiarum
actione digna permanentes obseruatione
mereantur. Ideo necesse est ut sepius cogitemus